



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 40. Episcopi a Papa Bononiam venire rogati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

§. XL.

*Episcopi a Papa Bononiam venire
rogati.*

*Pallav. l. 9.
c. 20. n. I.
& seq.*

Summus Pontifex cum vereretur, ne Synodum Bononiam transferendo propriæ suæ utilitati nimium consuluisse crederetur, eo quod præfata urbs ejus Imperio subdita esset, ab illo tempore, quo Julius II. Bentivolios inde expulerat, hinc die vigesima nona Martii diploma edidit, in quo justissimas, ob quas Synodum Bononiam transferre oportuit, causas exposuit, simulque Prælatos illuc accedere rogavit, ut Concilium continuari posset, quam in rem suo nomine omnem securitatem, commodum domicilium, plenamque, si vellent, inde redeundi libertatem, tranquillamque sedem ipsis eorumque famulis pollicitus est, dato insuper Legatis suis negotio, ut eos, qui antea Tridenti erant, quantocius ad reditum inducere, omnibus viribus niterentur. Horum monitis facile annuebant omnes illi, qui ob contagii metum jam antea discesserant, aut aliunde translationem ratam habebant, & non nisi ad hebdomadæ sanctæ officia in suis Ecclesiis celebranda vel alias ob causas ad Veneratæ Reipublicæ urbes recesserant. Hi
vero

vero, quos eorum Principes retinebant, Sæcul. XVI.
 Legatis non paruerunt, quos inter erant A.C. 1547.
 omnes Episcopi Cæsaris Imperio subdi-
 ti, necnon quidam Lusitanus, atque
 Agathensis Præsul, qui Ferrariæ mo-
 rabatur. Magis adhuc pertinaciter ob-
 luctabantur illi, qui adhucdum Triden-
 ti hærebant; quidam enim nequidem
 Legatorum Epistolæ respondere vole-
 bant, imo alii etiam illam aperire re-
 nuebant, nisi Mendozæ Cæsarei Ora-
 toris consensus accederet, qui post
 translata Synodum Roma excedens,
 jussu Domini sui Tridentum venerat,
 eo fine, ut hisce Episcopis prohiberet,
 ne urbe relicta Italos Præsules seque-
 rentur. Hos inter solus Galeatius Flo-
 rimundus Aquinatensis Episcopus Le-
 gatis acquieuit, ceterosque Patres Bo-
 noniæ agentes adiit, ibidemque proximi-
 mæ Sessioni interfuit. Porro Theologi
 strenue examinandis quæstionibus de
 Eucharistiæ & Pœnitentiæ Sacramentis
 insudabant, Pontifex vero interim da-
 tis Literis hæc utrique Præsidi signifi-
 cavit: „ Synodi translationem ratam
 „ habemus, & nobis placet, quod di-
 „ latis dogmatum definitionibus unice
 „ emendationem morum procuretis:
 „ de cetero novus Rex Franciæ Henri-
 „ cus II. cum Ecclesiæ Gallicanæ li-
 „ bertates per Synodum labefactari per-
 „ time-

Sæcul. XVI. „ timefcit, illius translationi valde pro-
 A.C. 1547. „ penfus esse videtur; „ graviter tamen
 Concilii fufpentioni obluftabatur Cervi-
 nus Legatus, veritus, ne Germani Na-
 tionale Concilium convocandi occasio-
 nem inde captarent.

§. XLI.

*Papæ interdictum de Decreto in pro-
xima Seflione conficiendo.*

Pallav. c. 20. Paulo post fummus Pontifex, cum Bo-
num. 3. nonienfi Concilio nec Epifcopos,
 nec ullius Catholici extra Italiam Prin-
 cipis Oratores interefle cerneret, pro-
 in illud peculiaris magis, quam Oecu-
 menici Concilii fpeciem præferre per-
 timesceret, retardanda potius de-
 creta cenfuit, ut postmodum cum ma-
 jori folemnitate promulgari poffent. Id
 ergo Pontifex per nuntium Prælatiſ ſi-
 gnificari juſſit, præcepitque, ne inter-
 rim quicquam deciderent, fed duuta-
 xat Seflionem prorogarent.

§. XLII.

*Seflio nona Concilii Tridentini Bono-
niam translati.*

Diar. Conc. Itaque ex Pontificis mandato Seflio
Trid. M. S. nonnifi die vigefima prima Aprilis in
Arch. Vatic. Eccleſia S. Petronii celebrata eſt, ubi
p. 229. Seba-